

# Formula Marculfina aevi Karolini 3 (lat) [Salzburger Formelmaterial]

## EPISTOLA DEPRECATORIA

Domino venerabili et in Christo magnifico **n** episcopo – *vel* abbat<sup>a</sup> – ego in Dei nomine **n**,  
acs<sup>b</sup> infimus servorum Dei servus, cum omni congregazione sancti **illius** vobis  
intemeratam inviolabilemque in Domino salvatore optamus salutem<sup>c</sup>

Culmine sanctitatis vestrae nostri desiderii vota sugerere decrevimus; unde primitus  
obsecramus almitatem vestram, ut nostri memores esse dignemini in vestris sacris  
precibus<sup>d</sup> sicut et de omnibus agere soliti estis, qui vestrae se dilectioni commendare  
studuerunt; rursumque depositimus clementiam vestram, ut istum vestrum hominem, qui ad  
nos hac de causa confugit, eo quod se culpabilem contra vos sensit, ut ei nihil mali pro hac  
causa fatiatis<sup>e</sup> sed pro amore Dei et nostrae devotionis optentu hanc ei causam ad integrum  
concedere iubeatis. Taliter ex hoc agite, qualiter in omnibus per vos bene confidimus.  
Enimvero<sup>f</sup> creatori<sup>g</sup><sup>1</sup> altissimo pro vobis incessanter<sup>h</sup> fundimus preces<sup>i</sup> ut coronam<sup>j</sup>  
beatitudinis vestrae pro integritate fidei et statu ecclesiae suae<sup>k</sup> longo tempore praecipiat<sup>l</sup>  
conservari, nosque inter oblatrantia huius mundi varia et innumera discrimina munitos  
reddat vestrae intercessionis suffragio.

VALETE.

<sup>a</sup>abbati] abba M<sub>4</sub>

<sup>b</sup>acsi] ac si edieren Roc, Roz

<sup>c</sup>salutem] salut M<sub>4</sub>

<sup>d</sup>precibus] pcibus M<sub>4</sub>

<sup>e</sup>fatiatis] faciatis liest Roc

<sup>f</sup>Enimvero] enim vero ediert Roc; iam vero emendiert Roz

<sup>g</sup>creatori] auf Rasur, kaum zu entziffern M<sub>4</sub>; creatori liest auch Zeu; Roc gibt das Wort verloren und emendiert patri; ausgelassen ohne Vermerk Roz

<sup>h</sup>incessanter] incessenter Roz

<sup>i</sup>preces] pces M<sub>4</sub>

<sup>j</sup>coronam] aroma ediert Roc, der für corona in M<sub>4</sub> aroma liest

<sup>k</sup>suae] suae Roc

<sup>l</sup>praecipiat] pcipiat M<sub>4</sub>; precipiat edieren Roc, Zeu

<sup>1</sup>[fol. 35<sup>r</sup>]